AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 159v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



De his que psensu corporis percipiunt. De his enim iu
dicare nec dr. in quibus et potestatem corrigendi habet.
Sed quid est hoc. et quale misterium est. Ecce benedices
homines. odnne ut crescant et multiplicentur. et im
pleant terram. Nichil ne nobis ex hoc innuis ut in
telligam aliquid. Cur non ita benedixeris lucem quam uo
casti diem. Nec firmamentum celi. Nec luminaria nec
sidera nec terram nec mare. Dicerem dete ds nr. qui
nos ad imaginem tuam creasti dicerem te. hoc donum
benedictionis. homini proprie uoluisse largiri.
Nisi hoc modo benedixisses. pisces. et cetos. ut crescerent
et multiplicarentur. et implerent aquas maris. et uo
latilia multiplicarentur super terram. Item dicerem ad ea
rerum genera pertinere benedictionem hanc que
gignendo ex semetipsis propagantur. si eam repperi
rem in arbustis et fructectis et in peccoribus terre.
Nunc autem nec herbis et lignis dictum est nec bestiis
et serpentibus crescite et multiplicamini. cum hec quoque
omnia sicut pisces et aues. et homines gignendo auge
antur. genusque custodiant. Quid igitur dicam lumen
meum ueritas. quia uacat hoc quod inanitur ita dictum
est. Nequaquam patet pietatis. absit. ut hoc dicat ser
uus uerbi tui. et si ego non intellego quid hoc eloquio.
significes. ut ante eo melius meliores. idem intelli
gentiores quam ego sum. unicuique quantum sapere de
disti ds mis. Placeat autem et confessio mea coram oculis
tuis. quia tibi confiteor credere me dne. non incassum te
ita locutum. Neque silebo. quod mihi lectionis huius occa
sio suggerit. Verum est enim nec uideo quid impediat.